



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Nilus Abbas. 26. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. NILUS ABBAS. 26. Septembris.

Optimè omnium post conjugis mortem viduam vitam NILUS egit, quando solus jam in locis solis egit. Sed quid dico solus, quando exempli socios complures, & Cryptæ Ferratæ Abbas imperium in Magnates, & adeo Imperatores & Pontifices habuit? Nam, ut alios taceam, Eupraxium Imperatoriâ præfectura superbum morbo curavit, & interum monachos adscriptum morte paulò post felici beavit. Alios viros Principes, quòd inventum monachi cucullum riderent, graviter objurgavit, edixitque id fore, quod factum mox est, ut serò hunc, sed serò ante mortem essent petitori. Ipsum Ioannem XVI. Pont. & Othonem Imp. censoriâ virgâ notavit. Et ille quidem cum videre errorem suum nollet, oculos amisit; hic poenitentiam ductus patrem sensit B. NILUM, & manus hujus, in quas ille coronam unaque se & sua tradiderat, benè precantès habuit. Quidvis etiam Otho promittens, si peteret modò NILUS, illud audivit, nihil nisi animum Imperatoris ex toto imperio se petere, memor esset, quos orbis nunc adoraret fasces. Dictatori olim supremo submitteudos. Hoc Principibus, illud omnibus omnino proderit. Invisere ad NILUM viri è primâ nobilitate

Pp §

tate

602 VITÆ SANCTORUM. 27. Sept.
tate iidemque literati. Sed illi inanes dis-
putantium argutias exosus, thesin legi
iussit inexpectatam, Simeonis Eremiticæ
inquam visum, quo vix decimum quem-
que mortalium celo afferendum affirma-
batur. Cohorruere ad hæc omnium ani-
mi tunc. At nostri philosophi Heracliti
omnes sunt, rident, nescio an tam felici-
ter decimandi. *Ex Baron. tom. 10.*

*Si quem videris superbiâ tumidum, ha-
bitu splendidum & comitantium caterâ
reliquos prementem illi ne invidias, ne-
que perturberis, sed fortis ac temperant
esto, & cum paulo post extinctum aspicias:
soli enim illi perpetuò florent, qui Dei
obtemperant voluntati. S. Ephr. in Vit.
rect. rat.*

S. CALLISTRATUS M. 27. Septembris.

Spectavit CALLISTRATUS Car-
thaginensis miles in avo suo patien-
tem Christum. Inde est, quod magna
pati Christianum & ipse duxerit. Chri-
stianum verò se esse commilitonibus
tunc prodidit, cum inter preces assiduus
pernoctavit. Debat tam sanctas vigi-
lias in milite laudare Dux Persentinus &
militaribus donis ornare; sed ille pium
vigilem equuleo, verberibus & testa-
rum fragminibus laceravit; ita tamen,
ut interea omnia tormenta canere etiam
CALLISTRATO adlubesceret. Atque
ut ne infacetè cecinisse putes, capti
modu-